



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Quo ad correctionem, num. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

prostibulo familiam infami nota, sine fratris culpa, deturpavit, si ea postea indigeat, fratrem coges ad suppetenda alimenta? à recta hominum existimatione id absolum omnino videtur. Idem dici potest de fratre, qui per grave aliquod familiae dedecus se depauperaverit. Respondeo: in hoc vel simili, tam severo eventu aliunde fratrem probabiliter, saltem ad tempus, non cogo; memoria enim est revocandum, patrem filio denegare posse alimenta, si filius committat aliquod scelus ex illis, quae supra et declaravimus. In casu igitur sororis hujus eodem modo, quo ibi, philosophare, summique Dei legem non esse, nisi admodum rationi consonam intelliges; & denique sic distingue: si soror adhuc in patrandi scelere persistit, deseratur, ut hac medicina in sanam mentem redeat: si satis sit emendata, non video, cur à fratre sit deserenda, saltem quoad vitæ necessaria, praesertim si sine gravi detrimento id possit frater. Idem proportionaliter dic de cæteris propinquis &c.

et sup. c. 3. 9. 2. n. 9.

Quoad Correctionem.

4. Quandoquidem de obligatio-

nibus inter conjunctos locuti sumus, illud denique hic obiter meminisse, non erit inutile. Affero enim, siue ob correctionem, idest, ne rursus delictum committatur, siue ob justam vindictam, idest, ut solvatur debita poena à committente delictum, posse moderatè (non licere enim immoderatè, certum est) verberari, multoque magis verbis, sed non, quæ graviter infamant, increpari à patre, viro, fratre, magistro, domino, seniore, filium, uxorem, sororem, seu fratrem minorem, discipulos, servos, pueros, etiam clericos. Ratio est, quia superiores omnes possunt uti medijs moderatis ad subditorum bonum: filium Sacerdotem, ob causam vere rationabilem, ut semper in prædictis supponimus, posse licitè, & sine timore excommunicationis, à patre moderatè verberari, docent et alij; ne autem alij: utrumque probabile, quia utriusque sua non deest cognitu facilis ratio.

à Bonac. de conf. disp. 2. qu. 4. p. 4. Reginald. l. 20. nu. 52. Triell. l. 4. in decal. dub. 6. n. 2. Mol. t. 1. dis. 228. Sanc. l. 10. de matr. d. 28. n. 16. et Bon. ib. c. Nav. alijsque et Toletus l. 1. c. 23. Solorz. 22. qu. 65. art. 2. consil. 2.

Finis Libri Quinti.

LAVS DEO, BEATISSIMÆ VIRGINI,
AC BEATO ALOYSIO.

LIBER